



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0504

Sabato 29.09.2007

Sommario:

- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL MILLENNIO DELLA COSTRUZIONE DELLA BASILICA DI SAINT-REMI (REIMS, 7 OTTOBRE 2007)**
- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE AL LEGATO PONTIFICIO PER LE SOLENNI CELEBRAZIONI DI CHIUSURA DEL 90° ANNIVERSARIO DELLE APPARIZIONI DELLA BEATA VERGINE MARIA A FATIMA (12-13 OTTOBRE 2007)**
- ◆ **RINUNCE E NOMINE**

◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL MILLENNIO DELLA COSTRUZIONE DELLA BASILICA DI SAINT-REMI (REIMS, 7 OTTOBRE 2007)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL MILLENNIO DELLA COSTRUZIONE DELLA BASILICA DI SAINT-REMI (REIMS, 7 OTTOBRE 2007)

Il Santo Padre Benedetto XVI ha designato l'Em.mo Card. Godfried Danneels, Arcivescovo di Malines-Bruxelles, Suo Inviato Speciale alle solenni celebrazioni del millennio della costruzione della Basilica di Saint-Remi, in programma a Reims (Francia) il 7 ottobre prossimo.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Danneels è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Mons. Jules Massin, Canonico titolare, Arciprete emerito della Basilica di Saint-Remi e già Cancelliere dell'Arcivescovado;
- Rev.do Sacerdote André Rousselle, Arciprete emerito della Basilica di Saint-Remi.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Suo Inviato Speciale:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
GODEFRIDO S.R.E. CARDINALI DANNEELS
Archiepiscopo Mechliniensi-Bruxellensi

Sancti Remigii, Episcopi Remensis, Francorum regni celeberrimi apostoli, magni pastoris plurimumque dioecesium conditoris, merito commemoranda sunt sanctimoniae documenta sedulaque evangelizationis opera. Millennium vero iucundissimum obvenit ab illo die quo Remensis venerandi cathedralis templi incohata fuit aedificatio, quod nempe illi Sancto fuit dedicatum. Idcirco sollicitus eiusdem metropolitanae Ecclesiae sacrorum Antistes Venerabilis Frater Theodorus Jordan comiter Nos certiores fecit de singulari hoc eventu postulavitque Patrem Purpuratum qui partes Nostras digne ageret.

Sequentes igitur vestigia Decessorum Nostrorum, qui antea pluries iam pondus sancti Remigii et Remensis Ecclesiae in sacris Galliae et Europae annalibus extulerunt, cupientes simul benevolentiam et caritatem Nostram dilecto Pastori omnibusque ibidem christifidelibus palam ostendere, libentes accepimus eius petitionem. Quapropter te, Venerabilis Frater Noster, veluti Nostrum **Missum Extraordinarium** ad honorificam hanc legationem explendam fidentes destinamus. Tu enim ecclesialibus negotiis explendis assidue incumbis et in sacro Patrum Cardinalium collegio emines virtutibus simulque sancti Remigii spiritalem successionem tua in regione recepisti diligenterque curare pergis.

Die igitur VII proximi mensis Octobris liturgicis celebrationibus Nostro nomine Remensi in urbe praesidebis Nostramque benignam omnibus significabis salutationem. Congregatos christifideles invitabis etiam ad novam incohendam evangelizationem et catholicae fidei, spei et caritatis constantem testificationem, praesertim ad fidelitatem servandam erga Dei praecepta necnon perantiquam istius Populi christianam traditionem.

Ipse autem Deus et Pater noster et Dominus noster Iesus dirigat viam tuam ad fideles illic congregatos, eos autem abundare et superabundare faciat caritate in invicem et in omnes, ad confirmanda corda eorum in sanctitate ante Deum et Patrem nostrum (cfr 1 *Thess* 3,11-13). Insuper comitetur missionem tuam potens intercessio Beatissimae Virginis Mariae, Reginae Sacratissimi Rosarii, atque insignis sancti Remigii, Episcopi. Benedictionem denique Apostolicam, caelestis gratiae auspicem atque propensae Nostrae voluntatis testem, tibi in primis impertimus, eamque illius Ecclesiae assiduo Archiepiscopo, ceteris praesentibus Episcopis, sacerdotibus, Seminarii tironibus, religiosis viris et mulieribus, christifidelibus laicis, civilibus magistratibus omnibusque sacrorum rituum participibus nomine Nostro largiaris volumus.

Ex Arce Gandulfi, die X mensis Septembris, anno MMVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

[01345-07.02] [Testo originale: Latino]

LETTERA DEL SANTO PADRE AL LEGATO PONTIFICIO PER LE SOLENNI CELEBRAZIONI DI CHIUSURA DEL 90° ANNIVERSARIO DELLE APPARIZIONI DELLA BEATA VERGINE MARIA A FATIMA (12-13 OTTOBRE 2007)

Il Santo Padre ha designato l'Em.mo Card. Tarcisio Bertone, Segretario di Stato, Suo Legato alle solenni celebrazioni di chiusura del 90° anniversario delle apparizioni della Beata Vergine Maria a Fatima, in programma il 12 e 13 ottobre 2007.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Tarcisio Bertone è composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Sacerdote Jorge Manuel Faria Garda, Vicario Generale della Diocesi di Leiria-Fátima;
- Rev.do Canonico Luciano Coehlo Cristino, Decano del Capitolo dei Canonici;
- Rev.do Mons. Luigi Roberto Cona, Segretario della Nunziatura Apostolica in Portogallo;
- Rev.do Don Lech Piechota, Ufficiale della Segreteria di Stato.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Legato Pontificio:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro
THARSICIO S.R.E. CARDINALI BERTONE
Secretario Status

Apparitionum Beatae Mariae Virginis Fatimensis dum hoc anno nonagesima recolitur anniversaria memoria, variis in mundi regionibus celebrationes in honorem Matris Dei explentur quibus clerus et Christifideles continuam Eius apud Filium Dei efflagitant intercessionem. Sollemniter affinio Domini Mater in dioecesi Leiriensi - Fatimensi colitur, in terra scilicet quam Ea peculiariter dilexit ubique parvulis abhinc nonaginta annos conspiciendam Se dedit. Cum animi Nostri gaudio petitionem accepimus quam Nobis Venerabilis Frater Georgius Ferreira da Costa Ortiga, Archiepi- scopus Metropolitae Bracaraensis atque Praeses Conferentiae Episcopalis Lusitaniae, nec non Venerabilis Frater Antonius Augustus dos Santos Marto, Episcopus Leiriensis - Fatimensis, nomine cunctorum fidelium in Lusitania, admoverunt humillime rogantes ut Nosmet Ipsi Nostrum Secretarium Status veluti Legatum in Fatimam mitteremus ad claudendas celebrationes religiosas huius anniversariae memoriae, quae diebus XII-XIII proximi mensis Octobris festivo animo agentur.

Libenter his precibus annuentes, ad Te quidem, Venerabilis Frater Noster, qui proximus es cotidianae Nostrae operae adiutor atque notus apparitionum Beatae Mariae Virginis Fatimae propagator, Nostram admovemus cogitationem Nostrumque animum. idcirco harum Litterarum vi Te designamus LEGATUM NOSTRUM, mandatis tibi factis, ut memoratis diebus Fatimae sacris celebritatibus Nostro nomine praesis atque Nostros pastorales sensus fidelibus ibi congregatis humaniter renunties. De Maria loqueris quae "verbo divino consentiens, facta est Mater Iesu, ac salvificam voluntatem Dei, pleno corde et nullo retardata peccato, complectens, semetipsam ut Domini ancillam personae et operi Filii sui totaliter devovit" (Lumen gentium, 56), atque omnes hortaberis ad spiritalem vitam renovandam adque testimonium fidei, Maria tota sancta intercedente, rite praestandum.

Dum per Te consalutamus omnes Praesules et universum clerum ac Lusitaniae populum, pro certo habemus illos omnes renovato animo cunctas vires suas in opus novae evangelizationis esse impensuros. Nos omnes fideles qui in Lusitania sunt vel qui ad sacrum illum locum peregrinantes advenient, precibus prosequimur atque Deum omnipotentem obsecramus ut, materno praesidio Beatae Mariae Virginis suffulti, praeceptum caritatis in vita cotidiana diligentius servare possint.

Munus tuum, Venerabilis Frater Noster, magni sane ponderis aestimantes, peculiaris benevolentiae Nostrae pignus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus Tibi universisque celebrationum participibus.

Ex Arce Gandulfi, die XVI mensis Septembris, anno MMVII, Pontificatus Nostri tertio.

BENEDICTUS PP. XVI

[01344-07.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE • NOMINA DEL DIRETTORE EMERITO E DEL NUOVO DIRETTORE RESPONSABILE DE "L'OSSERVATORE ROMANO" • NOMINA DEL VICE DIRETTORE DE "L'OSSERVATORE ROMANO" • NOMINA DEL VICE PREFETTO DELL'ARCHIVIO SEGRETO VATICANO

• **NOMINA DEL DIRETTORE EMERITO E DEL NUOVO DIRETTORE RESPONSABILE DE "L'OSSERVATORE ROMANO"**

Il Santo Padre Benedetto XVI ha conferito il titolo di Direttore Emerito de «L'Osservatore Romano» all'Illustrissimo Professore **Mario Agnes** ed ha chiamato a succedergli nell'incarico di Direttore Responsabile del medesimo giornale l'Illustrissimo Professore **Giovanni Maria Vian**.

Prof. Giovanni Maria Vian

Giovanni Maria Vian, nato a Roma il 10 marzo 1952, storico del cristianesimo, è professore ordinario di Filologia patristica presso l'Università di Roma "La Sapienza" e docente a contratto presso l'Università "Vita-Salute San Raffaele" di Milano, dove insegna Storia della tradizione e della identità cristiane.

Dal 1999 è Membro del Pontificio Comitato di Scienze Storiche.

Oggetto dei suoi studi sono il giudaismo ed il cristianesimo antichi, la storia della tradizione cristiana, nonché il papato contemporaneo.

Autore di un'ottantina di studi specialistici, ha curato alcuni libri, edito criticamente i "Testi inediti dal commento ai Salmi di Atanasio" (1978) e pubblicato i volumi "Bibliotheca divina. Filologia e storia dei testi cristiani" (2001, tre edizioni; traduzione spagnola, 2005, due edizioni), e "La donazione di Costantino" (2004, tre edizioni).

Dal 1976 è redattore e consulente scientifico dell'Istituto della Enciclopedia Italiana.

Iscritto come pubblicista all'Ordine nazionale dei giornalisti dal 1976, è editorialista di "Avvenire" e del "Giornale di Brescia", nonché collaboratore di diversi quotidiani e periodici, tra cui "L'Osservatore Romano" (1977-1987) e la rivista bimestrale dell'Università Cattolica del Sacro Cuore "Vita e Pensiero".

Nel 1984 ha contratto il Sacramento del Matrimonio con la Signora Margarita Rodríguez, scomparsa prematuramente nel 2000.

[01346-01.01]

• **NOMINA DEL VICE DIRETTORE DE "L'OSSERVATORE ROMANO"**

L'Illustrissimo Signor Carlo Di Cicco, giornalista professionista, è stato nominato Vice Direttore de «L'Osservatore Romano».

Signor Carlo Di Cicco

È nato il 9 luglio 1944 ed è giornalista professionista dai primi anni settanta.

È stato Redattore capo all'Agenzia Asca, responsabile per l'informazione sociale e vaticana.

Ha collaborato con numerose testate giornalistiche quotidiane e periodiche e con riviste specializzate. Tra le altre: GiornaleRadio Rai, il Mattino, il Giorno, Jesus, Vita Pastorale, Servizio della Parola, Critica Sociologica, Bollettino Salesiano.

Ha avviato e curato per la parte giornalistica "Vidimus Dominum", il primo giornale internazionale quotidiano *on line* sulla vita consacrata.

Con l'Asca ha realizzato in Italia la prima esperienza di informazione quotidiana sulle politiche sociali, ambientali e il volontariato.

Ha pubblicato "*I guardiani dei sogni con il dito sul mouse - educatori nell'era informatica*" (Elledici 1999), tradotto in spagnolo, portoghese, sloveno; "*Ratzinger - Benedetto XVI e le conseguenze dell'amore*" (Memori 2006); *Don Luigi Della Torre* (Queriniana 2007). Ha collaborato al dizionario "*La Comunicazione: dizionario di scienze e tecniche*", curato da Lever, Rivoltella, Zancchi (Eri, Elledici, Las 2002).

È sposato, padre di due figli.

[01347-01.01]

• **NOMINA DEL VICE PREFETTO DELL'ARCHIVIO SEGRETO VATICANO**

Il Santo Padre ha nominato Vice Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano il Rev.do Padre Marcel Chappin, S.I., finora Ufficiale della Sezione per i Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato.

[01348-01.01]

[B0504-XX.02]
